Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35998
Copyright: Melk, Benediktinerstift

to in sacro officio · multo probabilius est quod ipsorum salvatoris
denuntiata fuit virginem in domo Dei et ordine existenti
Ave gratia plena quia ceteris per partes prestatur gratia · male
non tota se simul infudit plenitudo gratie Dominus tecum
non tantum per essentiam potentiam et presentiam quia est in omnibus
rebus · nec solum per gratiam eo modo quo est cum hominibus sanctis · sed
etiam per carnis assumptionem · quia corpus deitati aptius fuit form-
atum de purissimis sanguinibus virginis · et intra viscera
virginis latuit novem mensibus Benedicta tu in mulieribus
et benedicti fructus ventris tui · Quae cum audisset turbata est in sermone
eius · non in visione Beata enim virgo solita erat videre
angelos · et ideo de apparitione angeli non fuit admirata
nec turbata · sed de salutatione · mirabile enim est humilitas
sua exaltatio · beata autem virgo maria fuit humilima
et ideo audiens salutationem excellentie turbata fuit
non turbatione infidelitatis sicut zacharias sed admiratio-
nis Et ideo cogitabat qualis esset ista salutatio Quia
enim turbata fuit virginale verecundia humilem ondit · et pru-
denter cogitavit qualis esset ista salutatio Et ideo angelus
consolabatur ea dicens Ne timeas maria de insolita
salutatione · invenisti enim gratiam apud Dominum non solum
per te sed etiam per totum humanum genus · Et ecce concipies in
utero · quae conceptio non fiet per aperitionem tui claustri virginalis ·
sed per virtutem spiritus sancti intra tuum uterum corpus filii formatur ·
Et pariet filium · virgo permanes in partu sicut et in conceptu ·
Et vocabis nomen eius ihesum Hic erit magnus · quia fuit
magnus deus · futurus erit etiam magnus homo + magnus
profeta · Et filius altissimi vocabitur · ipse dei qui solus
est altissimus filius magni dei per naturam · in omnibus autem alius
qui tunc aliquis sanctis est tantum filiatio dei per adoptionem Et dabit